

Termino huiusmodi iterum effluxo, dictus Conradus coram nobis comparere et suas probationes facere ac alias in huiusmodi causa procedere seu iuri parere minime curavit. Unde propter ipsam multiplicem contumaciam ad ulteriora duximus procedendum et exsuperhabundanti et peremptorie citamus et citari fecimus dictum Conradum Tuben, ut certa die coram nobis in curia episcopali Merßburgensi legitime compareret ad videndum 5 et audiendum se dictam sententiam et penas declaratas incidisse vel ad proponendum seu allegandum causam seu causas, si quam seu quas pretenderit habere rationabiles, quare ut sic declarari et excommunicatus publice denunciare non deberet cum intimacione, alioquin dictam sententiam et penas declararem dampnabiliter incidisse, prout hec omnia supradicta in nostris processibus desuper confectis et debitis ac legitime executis 10 plenius continentur. Rursus iterum dictus Conradus Tuben in dicto termino minime comparere et se declarare incidisse videri, aut aliquas causas in contrarium allegare, aut termino huiusmodi in aliquo satisfacere curavit, unde ipsum reputamus merito ut erat contumacem licet diucius exspectatur et in ipsius contumaciam, prout fama publica contra ipsum Conradum laborabat atque per se ipsum confessus coram 15 nobis fuit, manus violentas in supradictum magistrum Io. Meurer iniecit. Exigente iusticia ipsum Conradum Tuben declaravimus ac in hiis scriptis declaramus dictam sententiam canonis incipientis „Si quis suadente“ et excommunicacionem dampnabiliter incidisse, quapropter vobis et cuilibet vestrum requisitis in virtute sancte obediencie ac sub excommunicacionis pena, quam in vos et quemlibet vestrum, trium 20 tamen dierum canonica monicione premissa, ferimus in hiis scriptis, nisi mandatis nostris huiusmodi parueritis cum effectum, districte precipiendo mandamus, quatenus accedatis quomodo propter id merito fuerit accedendum et sepe fatum Conradum Tuben singulis diebus dominicis ac festivis, ut sic premittitur, declaratum et excommunicatum publice nuncietis, non cessantes ab hiis donec aliud a nobis receperitis in mandatis, et eciam 25 litteram sigillatam cum signo et subscriptione vestrorum quomodo et qualiter eas feratis penis supradictis. Datum anno a nativitate domini millesimo quadingentesimo quadragesimo sexto, sabbato proxima post dominicam quam in dei ecclesia cantatur oculi, executoris sub sigillo presentibus subimpresso 2c.

## 67.

30

*Der Prokurator des Magisters Johannes Meurer erhebt vor dem Bischof Johannes von Merseburg die Anklage gegen Conrad Tube.*

1446.

*Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 305.*

*Wortlaut wie No. 64. Daran ist folgende Notiz angeknüpft:*

Exhibitis hiis per Nicolaum Wurzen, procuratorem domini Iohannis Murer 35 actoris, in presencia Conradi Tuben partis adverse anno domini M cccc° XLVI° die XIII. mensis maii, hora terciarum vel quasi, et terminus est statutus ad respondendum libello ad proximam quindenam, eciam dictus Conradus Tube fuit protestatus in eodem sibi prefixo termino, dandus libellum reconventionis 2c., presentibus ibidem venerabilibus viris dominis